# Computus nouus ⁊ eccleſiaſticus totius fere Aſtronomie fundamentũ pulcherrimum cõtinens.

Clerico nõ minus vtilis quã neceſſarius: cum additionibus quibuſdam nouiter apꝛeſſis.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

¶ Litterã dominicalẽ ad annũ prop
cupis. In lr̃a d rotule exterioris circ
1512. nũerare pro annis futuris de
teritis ſiniſtroꝛſum icipe : tũc tibi
propoſiti littera domicalis occur
littere tibi occurrerint: annus ta
Cuius lr̃a prime rotule ad feſtũ
Alia aũt lr̃a ſecũde rotule in ſe
pro littera dominicali cõput
ter aureũ numerũ anni pro
in numero .12. prope lineam
inuenies ꝛ aureus numerus
merus propoſitus repereri
occurret. Conſequẽter in qua
indictionẽ Romanã anni propo
inuenies vt ſupra de aliis dictum
tula aliqua numerando reincipia
tuo durabit.

# Prefatio.

Q Uia optimoꝝ philoſophoꝝ ſentẽtia eſt. Tẽpus eſſe optimũ: quippe cuius iactura grauiſſima ſit ꝛ irreparabilis. Videnť illi ſue vite cõprimis conſulere: qui eius diſcriminulo quid quaqꝫ vite parte agãt: obſeruare ꝛ ſigillatim digerere cõſueuere. Id vero quanqꝫ in oĩ viuẽdi genere laude dignũ eſt. Plurimũ tñ illis ꝛ ornamẽti ꝛ emolumẽti addit/quibus ipſa temporꝫ digeſtio plus neceſſaria eſt. Sacerdotibus dico: rerũ ſpiritualiũ ꝛ oĩno eccleſie orthodoxe magiſtris: Chriſti vicariis: qui vtinã ꝛ temporꝫ diſtributionem: ꝛ feſtoꝫ ordinationẽ eccleſie noſtre conſuetã ꝛ approbatã vituperabili ſegnicie ſemota: diligentius ediſcerent: ꝛ rerum talium autores ac reformatores Mathematicos diligẽtius colerent: ac obſeruarent: quibus eccleſie ſplendor ꝛ cõcordia ea in re non parum debere videtur. Deinde artes huiuſmodi: quas fere ſolent exibilare: ꝛ religioni diſſonas exiſtimare ſcioli: ꝛ hypocrite: tanto ardentius appeterent: quãto ceteris ſunt iucũdiores: ꝛ precibus ſuis orationibuſqꝫ moderãdis feſtiſqꝫ mutandis: vt annoꝫ curriculo vario contingit: plus neceſſarias. Cum enim ſit tempus menſura motus ſe extendens ꝛ in ea que preteriere et in ea que futura ſunt: vt Phiſici ſentiũt: Quis obſecro ſacrificulus preſbiter ſe tempora poſſe recte obſeruare iactet: Cui earum rerum ars ꝛ ſupputãdi ratio ignota eſt: ꝛ deſidia quadã nauſeãte reiecta. Errãt hij ꝛ a vero tantũ abſunt: quantũ Hypanis Veneto diſſidet Eridano: Qui motuũ ꝛ magnitudinũ diſciplina que Mathematice appellatur: religioni noſtre nihil vel parum commodare: perperam autumant. Cum ſit a primis illis ordinis noſtri patribus: temporꝫ per annũ varietas ꝛ natura: in feſtis diſpertiẽdis ſummopere diſquiſita: ꝛ ob id ad Solis precipue motum qꝫ proxime fieri potuit aplicata. Quamobrem cum ea res per tot retro ſecula nõ nihil immutata ſit: ꝛ primarie inſtitutioni diſſona. Vocatus erat ſuperioribus annis Joannes de Mõte Regio Vienna a Sãctiſſimo dño noſtro Sixto .iiij. pro Calẽdario reformãdo: quod dubio procul pro ſui ingenij perſpicatia incredibili preſtitiſſet: ni fato interceptus diẽ obijſſet immature. Reſipiſcent igitur delirantes ꝛ errorum conſcij animum inſtituent in melius: Lecturi vel hoc exile ꝛ rudimentariũ opuſculũ quod intellexiſſe (ſi maiora eos abſterreãt) ſatis erit: ſuperqꝫ. Quo hec fere continentur. De aureo numero: de Ciclo indictionis: de Ciclo ſolari. Littera dñicali: Interuallo: Concurrẽtibus: Feſtis mobilibus: Forma celi ꝛ ordine ſpherarum. De quattuor elementis: Situ ꝛ motu firmamẽti ꝛ pleriſqꝫ alijs plane neceſſarijs: que dum intellecta fuerint: iam tandem ſe quiſqꝫ fateatur ſcire: quod ſacerdoti et religionis ſtudioſo ſit omnium maxime neceſſarium.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

## ¶ Capitulū primum.
## De Aureo numero.

Mille quadringenos ab anno deme ſalutis
His vnum cum annis octuagintaque iunges
Numerum aureum reſidens ciclum edocet
Decem ⁊ nouem ſuper hos cum excreuerint anni:
Hos totiens abijce: reliquum pro ciclo teneto.

¶ Pro declaratione huius: Subtrahe mille quadringentos ⁊ octuaginta unū annos ab anno tibi propoſito: ⁊ quis numerus ſuperfuerit aureum oſtendit tibi numerū. ⁊c. Vel ſic. Annos pertranſeas dictos ſilentio: ⁊ numerare incipias octuagintaduo octuagintatria. ⁊c. in digito vſqꝫ ad propoſitū tibi annum et quot vnitates ex tali numeratione prouenerint aureum numerū ſiue ciclum lunarem tibi demōſtrabunt. Circa quod vnū nota. Cum ſupradictos annos vltra decem et nouem alij excreuerint: depone decem ⁊ nouem quotiens poteris: et illud quod vltra reſiduū fuerit aureū tibi ciclū indicabit: ⁊ ideo deponunt decemnouē: quia ciclus lunaris vltra. 19. annos ſe nō extendit. ¶ Faciliori autē modo aureū numerū taliter inuenies. Adde annis Chriſti vnum agregatūqꝫ totum per. 19. diuidas: ⁊ quicquid reſtiterit pro aureo numero teneas.

## ¶ Capitulū ſecundū.
## De ciclo Inditionis.

Ciclum qui cupis ſcire inditionis.
Mille quadrin octuaginduos: ⁊ deme annos
Reſiduus numerus ciclus erit inditionis.
Cum exceſſerint quind tollas reliquum retinendo.

¶ Declaratio. Subtrahe ab anno tibi propoſito mille quadringētos octuagintaduos: ⁊ numerus remanens tibi ciclū oſtendet inditionis. Vel alio modo. Hos annos obmitte: ⁊ incipe numerare octuagintatria octuagintaquatuor. ⁊c. vſqꝫ ad annum tibi propoſitū: ⁊ quot vnitates ad annum propoſitū numeraueris: tot ſunt cicli inditionis. Et cum talis numerus vltra quindecim vnitates excreſcentiam petierit: quindecim etiā abijce totiens quotiēs poteris: reſiduū erit ciclus inditionis: qꝛ iſte ciclus in tot annis videlicet. 15. vice altera renouatur. ¶ Facilius ſic. Adde annis Chriſti. 3. ⁊ totum agregatū per. 15. diuidas: ⁊ quicquid reſtiterit pro ciclo inditionis habeto.

## ¶ Capitulū tertium.
## De ciclo Solari.

Mille tollas: quadrin quinqꝫ ſeptuaginta.
Quicquid ſuperfuerit ſolis ciclum teneto:
Viginocto ſi numerando ſic ſuperabis
Tolle quaterſeptem: tene et quod accidit vltra.

¶ Declaratio. Subtrahe ab anno tibi propoſito. 1475. annos et quod remanſerit poſt ſubtractionem talem: eſt ciclus ſolaris. Vel ſic. Nullam agas numerationem cum annis prenotatis: ſed ſimpliciter numera. 76. deinde. 77. ⁊c. vſqꝫ ad propoſitū annum ⁊ quot vnitates excreuerint ciclum Solarem tibi indicabūt. Et ſi ex tali ſubtractione vltra. 28. ſuperauerint: has. ſ. 28. vnitates quotiens poteris abijce: et reliquum pro ciclo Solari teneto. ¶ Vel aliter. Adde annis Chriſti 9. ⁊ productū per. 28. diuidito: ⁊ quicquid ſuperfuerit ciclus Solaris erit anni propoſiti.

## ¶ Capitulū quartum.
## De littera dominicali.

Vnum prebet g f: duo e: tria d: quattuor c.
Quinqꝫ dat b a: ſex g: ſeptem f: octo autem e.
Nouem dat d c: decem b: vnd a: g duodecim
Tredecim f e: quatuordecim d: quind c: ſedecim b.
Septemdecem a g: ocdecem f: nodecem e: d quoqꝫ vigint:
Vigintunū c b: vigintduo a: vigintria g: vigintquattuor f:
Vigintquin e d: vigintſex c: vigintſeptē b: vigintocto a.

¶ Declaratio. Quicunqꝫ ſciueris ciclum Solarem: de facili litteram dominicalem inuenies iuxta metra preſcripta: quia quodlibet metrum circa eius initium biſextilem annum notat. Prima enim littera ad feſtum Mathie durat: altera totum annum reuoluit. Notat ergo clare in metris numerus que littera ſub eo ordinatur. Nam g f: ſub vno: e ſub duo: d ſub tria: vt patet inſpicienti. ¶ Item textus preſcriptus per ſequentem ſcalam clare reſoluitur: ſemper enim in ea litteram dominicalem ſub numero cicli Solaris reperies. At due littere ſub vno numero reperte: annum biſextilem notant: primaqꝫ littera vim habebit vſqꝫ ad feſtum Mathie: reliqua in finem anni. Inſuper in tali anno biſextili littera f: die Mathie apoſtoli duplicatur: feſtumqꝫ ipſum apoſtoli vel priori vel poſteriori die celebrabit prout dioceſis aliqua obſeruare conſueuit.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

| | | | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Ci.ſo. | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | 7 | 8 | 9 | 10 | 11 | 12 | 13 | 14 |
| Li.do. | g | e | d | c | b | g | f | e | d | b | a | g | f | d |
| Biſex. | f | | | | a | | | | c | | | | e | |
| Ci.ſo. | 15 | 16 | 17 | 18 | 19 | 20 | 21 | 22 | 23 | 24 | 25 | 26 | 27 | 28 |
| Li.do. | c | b | a | f | e | d | c | a | g | f | e | c | b | a |
| Biſex. | | | g | | | | b | | | | d | | | |

## ¶ Capitulũ quintum.
## De Interuallo.

1 2 3 4 5
Elephas a terra feſtinat bubulus extra
6 7 8 9 10
Clericus facere decipitur gaudijs crebre
11 12 13 14 15
Articulum degener gaman excellit adulter
16 17 18 19
Doceo barbatum egomet conſidero nullum
Littere interuallum notant ebdomadarum
Si feria preceſſerit primam litteram verbi
Vna ſeptimanis ſuperadditur dictis
Cum poſtcedit littera ſis contentus in illis
Aut ipſa cum fuerit numerum haud variabis.

¶ Declaratio. Sicut aureus numerus extendit ſe ad.19. ita ⁊ in his metris.19.notant dictiões : ⁊ vna queuis aureo nũero accõmodatur. Prima videlicet Elephas vnitati. Secunda videlicet a terra dualitati.⁊c. Preſcito igit aureo numero:aſpiciatur dictio ſibi correſpõdens qa quot talis lr̃as habuerit:tot ſeptimanas figurat interualli. Et hoc verũ eſt ſi prima littera eiuſdẽ dictiõis lr̃a dñicalis fuerit : aut vna ex his litteris que eandem ſequũtur in ordine feriarũ. Si aũt vna ex precedẽtibus fuerit:tunc predictis ſeptimanis vna hebdomada cõnumeretur. Gratia exempli:ſi vnũ fuerit aureus numerus:Elephas ſibi correſpõdet:⁊ ipſa dictio.7.in ſe litteras cõtinet:que.7.hebdomadas interualli manifeſtat:⁊ hoc ſi e.que eſt prima littera eiuſdem dictionis: vel f g.que ſunt ſequẽtes:littera dñicalis fuerit. Si autẽ. a.b.c.vel.d. que ſunt precedentes eam:littere dñicalis fuerit:tunc dictis ſeptimanis vnam coadiunges. Et ſic octo erunt ſeptimane.

## ¶ Capitulũ ſextum.
## De cõcurrentibus.

B vnum.c.duas.d.tres dat concurrentes
E quattuor.f.quinqꝫ.g.ſex.a. inſuper nihil
In biſextili concurrentes prima notantur
Secunda hebdomadas interualli figurat.

¶ Declaratio. Quia interuallũ duoꝝ annoꝝ pars eſt:ſumens tamen nomen a poſteriori quoniã a fine ſingula ſunt denominãda.⁊c. Sunt etiã ⁊ due eius partes videlicet cõcurrentes ⁊ ſeptimane. Cõcurrentes quidẽ ſunt dies ſuperflui vltra ſeptimanas:⁊ ſunt anni precedentis : ſcilicet dies a natali ſaluatoris vſqꝫ ad dominicam proximã que ſequitur. Et ſi a littera dominicalis fuerit:concurrẽs dies nullus celebratur: ſed integre ſeptimane. Si b. dies vnus c.duo.⁊c. Ebdomade autẽ alia pars ſunt:ſcilicet precedentis ⁊ ſequentis anni: hoc eſt a dominica que ſequitur natiuitatẽ dñi vſqꝫ ad dominicam Eſto mihi. In anno autẽ biſextili duplex eſt modus querẽdi interuallum:per primã enim litterã dñicalem cõcurrentes:per ſecundã vero ſeptimane intelligãtur.

Subſequens tabella pro Interuallo cõmodiſſime adiuncta eſt.

| Au.nu. | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | 0 | 1 | 2 | 3 | 4 | 5 | 6 | Cõcur. |
| | A | b | c | d | e | f | g | Lit.do. |
| 1 | 8 | 8 | 8 | 8 | 7 | 7 | 7 | |
| 2 | 6 | 6 | 6 | 6 | 6 | 6 | 6 | |
| 3 | 9 | 9 | 9 | 9 | 9 | 8 | 8 | |
| 4 | 8 | 7 | 7 | 7 | 7 | 7 | 7 | |
| 5 | 6 | 6 | 6 | 6 | 5 | 5 | 5 | |
| 6 | 9 | 9 | 8 | 8 | 8 | 8 | 8 | |
| 7 | 7 | 7 | 7 | 7 | 7 | 6 | 6 | |
| 8 | 10 | 10 | 10 | 9 | 9 | 9 | 9 | |
| 9 | 8 | 8 | 8 | 8 | 8 | 8 | 7 | |
| 10 | 7 | 7 | 6 | 6 | 6 | 6 | 6 | |
| 11 | 9 | 9 | 9 | 9 | 9 | 9 | 9 | |
| 12 | 8 | 8 | 8 | 7 | 7 | 7 | 7 | |
| 13 | 6 | 6 | 6 | 6 | 6 | 6 | 6 | |
| 14 | 9 | 9 | 9 | 9 | 8 | 8 | 8 | |
| 15 | 7 | 7 | 7 | 7 | 7 | 7 | 7 | |
| 16 | 6 | 6 | 6 | 5 | 5 | 5 | 5 | |
| 17 | 9 | 8 | 8 | 8 | 8 | 8 | 8 | |
| 18 | 7 | 7 | 7 | 7 | 6 | 6 | 6 | |
| 19 | 10 | 10 | 9 | 9 | 9 | 9 | 9 | |

Hebdomade Interualli.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

## ¶ Capitulum ſeptimum.
## De feſtis quinqꝫ mobilibꝰ.

Ex ex ſeptimanis interualli deme duas
Sic dominica fiet ſeptuageſima nota.
Adiunges his vnam ſi quadrageſimam optas
Sex quadrageſime cum paſcha petit celebrari
Septimam: ex azimo quinta rogatio currit
His demum binas adde ſpiritum cole ſanctum.

¶ Declaratio. Cum tu feſta mobilia quinqꝫ: ſcilicet Septuageſimã. Quadrageſimam. Paſcha. Rogationes: atqꝫ Penthecoſten inuenire cupis: preſuppoſito numero primo ſeptimanarum interualli: ab his duas deme ebdomadas: ⁊ ipſa dñica tibi Septuageſimã monſtrabit. Si aũt Quadrageſimã queſieris: ſeptimanis interualli vnã adiunge. A quadrageſima vſqꝫ ad ſanctũ paſcha ebdomade ſex. A feſto paſcatis ad dñicam Rogationũ ſeptimane quinqꝫ. A feſto paſcatis ad feſtũ aſcenſionis domini dies. 40. vtroqꝫ feſto incluſo. Ad Penthecoſten vero a feſto paſcatis dies. 50. vtroqꝫ pariter feſto incluſo: ⁊ id nomen ipſum Penthecoſte teſtari videtur. Penthecoſtos enim grece quinquageſimus latine dicitur: preterea poſt feſtum Penthecoſtes proxima dñica feſtum Trinitatis: poſt quod etiam mox quinta feria feſtiuitas Corporis Chriſti celebratur. Aduentus dñi ſemper incipit dominica poſt feſtum Lini iuxta metrum illud. Aduentus dñi ſequitur ſolennia Lini. Feſtum autem Lini agitur. 26. die Nouembris.

¶ Vel Septuageſimã etiam hijs verſibus facile quouis anno inuenies: qua inuenta reliqua feſta mobilia tandem per ſuperiorẽ doctrinam facile inuenientur.

A feſto ſtelle que ſit noua luna require
Tertia lux domini poſt ſeptuageſima fiet.
Si cadit in lucem domini tunc ſume ſequentem.

## ¶ Capitulũ octauum. De forma celi ⁊ ordine ſpherarꝫ.

Rotunda nobilior ex mathematicis datur
Figura: huic ſimilem aſſumpſit ſibi mundus.
Vt a quacunqꝫ parte fluxum producat equalem
Duas precipue notas poſſidet regiones.
Corruptibilem enim diſtinguit ab eterna
Ecce ꝙ̃ pulchre incorruptibilem ſpheris ornat
Empirreum ſummam fixe tenet dei ſedem
Nonum ſimplici curſu colligit alios ei
Sidus circuit in trigintſex milleqꝫ girum
Saturnus ſpheram annos per triginta reuoluit
Juppiter duodecim. Mars complet binos annos
Sol princeps inter alios curſum anni docet
Venus ac Mercurius tot complent quaſi dies
Infimam luna tenens menſem ſibi aſſumit.

¶ Pro declaratione. Mundus habet figurã diſpoſitã ad modũ nobilioris figure que rotundã formã cõtinet vt probant omnes mathematici. Ex eo aũt nobilis eſt: quia omniũ figurarũ iſoperimetrarũ eſt capaciſſima: ⁊ quia mundus multa cõtinet ideo talis figura commoda fuit. Nũc autem diuidit mundus principali diuiſione in duas partes ſiue regiones ſcilicet in etherea ⁊ elementarẽ. Etherea: que ⁊ celeſtis eſt: ⁊ a philoſophis quinta nuncupat eſſentia: habet primo ſupremum celũ videlicet Empirreũ: ⁊ illud immobile eſt in quo electi cũ deo exiſtunt. Deinde primũ mobile: quod vt textui ſatiſfiat: noua ſphera appellari poteſt: quanqꝫ Neoterici Aſtronomie obſeruatores id ſcilicet primum mobile decimã velint eſſe ſpheram: ⁊ in ſpacio diei naturalis motum ſuum circa terrã complet ab oriẽte in occidentẽ rapiẽs ſecum omnes inferiores ſpheras celeſtes. Octaua ſuccedit ſphera que celũ ſtellatũ ſiue firmamentũ recte dicit: habet eni oẽs in ſe ſtellas preter quinqꝫ planetas ⁊ duo luminaria: ⁊ motus eius proprius: vt Ptho. refert eſt ab occidẽte in orientem. 100. fere annis gradu vno: totumqꝫ firmamentũ motu iam dicto in. 36000. annorũ reuoluit. Subſequitur Saturnus curſum ſuum complens annis. 30. Jouis dehinc reuolutio fit annis. 12. Martis annis duobus. Solis anno vno ⁊ ſic ferme Veneris Mercurijqꝫ circuitus complent. Lune poſtremo curſus menſe vno ſiue diebus. 27. horis. 8. determinat. Planetarũ etiam ordo hoc breui verſiculo facile memorat.

Poſt ſim ſum ſequitur vltima luna ſubeſt.

## ¶ Capitulum nonum.
## De quattuor elemẽtis.

Terra petens medium inter elementaqꝫ centrum
Ad figuram celi ſpheram ornauitqꝫ ſuam
Non quadratam ſed rotundam continet formam
Stelle in occaſum probant tendentes ab ortu

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Proxima res maioꝛ ea que longe videtur:
Non in ſtellis apparet vapoꝛ niſi reſiſtatur
Conuexum ſphere:circumſcribit concauum aque:
Aquam aer:& ipſum ignis:hec elementa
Que quattuoꝛ eſſentie ſeu moꝛtalium ſphere
A philoſophis edoctis pꝛobate ac vere.

¶ Pꝛo declaratione. Terra eſt in medio firmamenti tanꝗ centrū in circulo equaliter diſtans ex oībus partibus celi in figura rotūda ſicut celum. Et hoc pꝛobatur per ſtellas:quia ex oībus partibus a nobis in vna & eadem quātitate videntꝛ:quod nō eſſet ſi terra ex vno loco magis ad celum appꝛopinquaret ꝗ ex alio. Sed ꝙ ſtelle maioꝛis quātitatis nobis apparēt exiſtentes in oꝛiente vel occidente:hoc pꝛouenit pꝛopter mediū nō depuratum:ſed per vapoꝛes eleuatos in ſpiſſatum: ſicut denarius pꝛoiectus in aquam qui maioꝛ in ea ꝗ extra ipſam apparet. Sic ergo clare apparet terram eſſe rotundā & in medio firmamenti locatā;non quadratā nec planam exiſtentem quia ſic nō equaliter ex oībus partibus influxum reciperet:qꝛ angulus qui magis accederet ad firmamentū influxui magis ſubeſſet. Sed quod nobis plana videtur eſt nimia magnitudo eius:quo ad aſpectū noſtrum:que tamen magnitudo ad firmamentum ſiue ad celum nulla eſt vel quaſi minimi puncti ad maximū circulū quia minima ſtella in celo multo maioꝛ eſt ꝗ tota terra : exceptis Luna Venere & Mercurio qui minoꝛes ſunt in quātitate ꝗ ipſa terra. Sol enī centies ſexageſies ſexies:(authoꝛe Alfragano differētia.22.) maioꝛ eſt tota terra:& ipſa terra eſt frigida & ſicca:quā ſphera aque circundat:certa & indeterminata parte excepta pꝛopter conſeruationē vite animaliū terreſtriū : que in aquis viuere nequeūt. Et aqua eſt frigida & humida: & ſubtilius elementum ꝗ terra. Aer inſuper circūdat aquā qui eſt calidus & humidus & ſubtilioꝛ ꝗ aqua. Ignis vltimo ſpherā aeris circuit:calidus & ſiccus eſt inter omnia elemēta ſubtilius & nobilius:quā ſpherā Luna circūſcribit vt pꝛius dictum eſt. Et dicūtur quattuoꝛ eſſentie ſeu moꝛtaliū ſphere: quia omne compoſitū ex his vitam acquirens per coꝛruptionē moꝛtalem ipſam amittit:ergo & iſte ſphere dicuntur generabiliū & coꝛruptibilium. Planetarū vero & ſtellarum ingenerabiliū & incoꝛruptibilium ſphere pꝛobantur.

¶ Capitulū decimū. De ſitu & motu firmamenti:atꝗ de equinoctijs & Solſticijs.

Mobile continue per binos cardines volat
Supremus ad Auſtrum nobis eterne occultus
Alter vrſam cuſtodit arcticus nuncupatus
Cingitur celum choꝛuſcationiſꝗ zona
Que equat diem ac noctem in hoꝛis
Quam girus animalium per medium ſecat
Pꝛincipium arietis ac libꝛe teſtificantur
Recedit ab equinoctio ad noctem caput cancri
Ad meridiem caper his ſolſticia dantur
Hec quattuoꝛ pꝛeſcripta cardinalia ſigna
Oꝛdo ſignoꝛum talis in celis notatus.
Eſt aries:taurus:gemini:cancer:leo:virgo:
Libꝛaꝗ:ſcoꝛpius:arcitenens:caper:amphoꝛa:piſces:
Sub quibus erratice necnon fixe notantur
Indies dantes obuiam inuicem aſpicientes
Ex quoꝛum continue aura periclitatur.
Nunc tendit ad pluuiam:ventum : aut claritatem.

¶ Pꝛo declaratiōe. Pꝛimū mobile ſiue celum nonum cōtinue & regulariter ab oꝛiente in occidentē mouetur ſuper duos polos mundi ſcilicet arcticum & antarcticū in vigintiquatuoꝛ hoꝛis ſemel reuolutionem faciēs. Arcticus quidē polus eſt pꝛope extremā ſtellā in cauda vrſe minoꝛis:& ille nobis ſemper apparet & ſtelle ſimiliter in pꝛopinquo ſecū exiſtētes. Sed antarcticus quaſi oppoſitus arctico eſt perpetuo nobis occultus:ſurſum tamen ea pars celi dicitur qua polus ille antarcticus ſplendeſcit:deoꝛſum vero celi vbi noſter eſt polus arcticus:deinde authoꝛitate philoſophi ſecūdo celi:oꝛiens dextrū:occidens vero ſiniſtrū:nō quidem ſine ratione dici merentꝛ:ſicꝗ meridies ante ſeptemtrio retro vocabitꝛ. Ab eiſdē polis dictis diſtat quidā circulus ex oībus partibus equalitar per.90.gradus : qui cingulus pꝛimi mobilis vel equinoctialis dicitur : quem circulū oꝛbis ſignoꝝ ſiue zodiacus in duobus locis ſecat:ſcilicet apud pꝛincipiū arietis & pꝛincipium libꝛe & vna medietas zodiaci tendit verſus ſeptentrionem in qua hec ſigna exiſtunt. Aries. Taurus. Gemini. Cancer. Leo. Virgo. que ſigna ſeptentrionalia dicuntur : & pꝛincipiū cancri maxime videlicet per.24.fere gradus ab equinoctiali remouetur : alia vero ſigna ſecundum minoꝛem diſtantiam . Alia autem medietas zodiaci verſus meridiem tendit:in qua ſunt hec ſigna. Scoꝛpio. Sagittarius. Capꝛicoꝛnus. Aquarius:& Piſces:que meridionalia dicūtur:et tantū pꝛincipium Capꝛicoꝛni diſtat verſus meridiem quantū pꝛincipium cancri:

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

quia ſimul opponunt̃. Dicuntur autem hec quatuoꝛ ſigna cardinalia ſicut Aries: Cācer: Libꝛa: Capꝛicoꝛnus quaſi pꝛincipalia: quia ſol per īgreſſum ad ea quattuoꝛ anni tēpoꝛa inchoat. Alia vero ex his ſignis minus pꝛincipalia dicuntur. Et ſub his duodecim ſignis planete ⁊ ſtelle fixe ab occidente in oꝛientem mouentur: ⁊ indies inter ſe vario errantium acceſſu impulſu aut radioꝝ coniectu extimulant̃: auramq̃ ſecundū radioꝝ naturā immutant ⁊ alterant qualiter ſentimus in ſuc⸗culis ⁊ pleiadibus. ⁊c̃. dum Luna vel alius planeta acceſſerit.

## ¶ Capitulū vndecimū de aſpectibus plane⸗tarum: ⁊ de Eclipſibus Solis ⁊ Lune.

Applicationes quinq̃ ſunt erraticarum
Pꝛima coniunctio in ſigno vno ⁊ gradu datur
Sextili per duo ſigna: quarto per tria diſtant.
Terno per quatuoꝛ oppoſiti ſeptimum notant
Linea ſub Ecliptica ſolis rota cauſatur
Quam eccentricus Lune partes ad duas ſcindit
Interſectio caput altera cauda vocatur
Ad quas ſectiones dum Luna iungitur Soli
Obfuſcat radios Solis conſpectui noſtro
Et hinc Eclipſim patitur ſol: non luce carens
Totus ſi niger non dicetur vniuerſalis
Cauſat coꝛpus maius terra: Luneq̃ minus
In his cum Luna plena dat nigredinem ex ſe
Vmbꝛa enim terre radios impedit ſolares:
Vt non illuminent ſi fuerit Luna totalis
Nam caret lumine eſt ergo mundo vniuerſalis.

¶ Pꝛo declaratione. Quinq̃ ſunt aſpectus planetarum. Pꝛimus eſt cōiunctio: quādo duo planete ſimul in vno ſigno ⁊ vno gradu coniun⸗guntur. Secūdus eſt aſpectus ſextilis quādo diſtant a ſeinuicem per 60. gradus ſiue per duo ſigna. Tertius eſt aſpectus quartus quando a ſeinuicem diſtant per. 90. gradus. vel per tria ſigna. Quartus aſpe⸗ctus eſt trinus: quādo a ſeinuicē diſtant per. 120. gradus: vel per qua⸗tuoꝛ ſigna. Quintus autem aſpectus ſiue applicatio eſt oppoſitio: fit aūt quādo a ſeinuicē diſtāt per. 180. gradus: ſiue per ſex integra ſigna. Eſt autē ſciendū vlterius ꝙ zodiacus ſecundū latitudinē diuidit̃ per

medium: que diuidens linea ecliptica appellat̃: ⁊ ſemper ſub ea Sol mouetur. Luna autē ſemper eſt extra eandem lineam: niſi cum fuerit cam capite dꝛaconis aut cauda que duo loca ſunt interſectiōes duoꝝ dictoꝝ circuloꝝ: ſcʒ deferētis Lune ⁊ ecliptice. Cum ergo fuerit con⸗iunctio Solis ⁊ Lune circa caput vel caudā: tūc cōmuniter generatur Eclipſis ſolis. Et hoc taliter: quia tunc Luna interponit̃ que eſt pꝛo⸗pinquioꝛ terre q̃ Sol: inter aſpectū noſtrū ⁊ radios ſolares. Et talis Eclipſis ſi fuerit totalis non eſt totalis vel vniuerſalis in toto oꝛbe. Et ratio eſt: quia Sol ex tali eclipſatione non perdit lumen: ergo ad pꝛouincias extremales verſus meridiē vel ſeptentrionē radios ſuos pꝛoijcit. Sed cū fuerit eoꝝ oppoſitio in his locis: tunc vt in plurimū Luna eclipſatur: ⁊ hoc pꝛopter poſitionē terre inter lunam et radios ſolares: quoniā Luna caret lumine pꝛopꝛio: ſed id quod habet lumen ex Sole recipit: ergo cū aliquod venerit obſtaculū ſicut vmbꝛa terre tunc neceſſariū eſt ipſam eclipſari: vel totā vel aliquā eius partem et hinc eſt ꝙ ſub ea quantitate qua nobis Luna apparet eclipſata ſub eadē omnibus alijs regionibus eodēq̃ tēpoꝛe apparet quod in Sole (vt ſupra dictum eſt) minime fieri aduertimus.

## ¶ Capitulū duodecimū. De motu Solis.

Tur. gre. arietem: ſtis. o. taurum: pin. ne. geminoſq̃:
Bar. ce. cancrum: mar. gar. leone: hyp. eu. virginitate
Lin. crux. libꝛam: col. cal. ſcoꝛpionem: ſagittarius: tin. bꝛic.
Al. ma. capꝛum: yen. di. aquarium: ap. ſco. la. piſces
Sillabe he intꝛoitum in ſigna ſolis dicunt.
Motum ſolis alicuius diei ſi ſcire cupis.
Numerus a pꝛeſcripta ſillaba gradum monſtrat.

¶ Pꝛo declaratione nota. Motus ſolis taliter pꝛocedit ꝙ omni die gradum fere vnum pertrāſit. Et in diebus pꝛeſcriptaꝝ ſillabaꝝ intro⸗itus in ſigna zodiaci ipſius exiſtit: ita ꝙ in illa ſillaba Tur ingreditur Sol arietem: ⁊ in illa ſillaba eſt in pꝛimo gradu arietis. Gre in ſecun⸗do gradu arietis: ri in tertio arietis gradu. ⁊c̃. Et ergo quotiens ſcire motum Solis deſideras: cōſidera ſillabā pꝛecedentē pꝛoximā in his metris in diſtātia numerali ad ſillabā tui diei pꝛopoſiti: ⁊ quot inter⸗medie ſillabe cum dictis fuerint tot gradus ſigni illius erunt in quo Solem queris. Verbi gratia. In illa ſillaba Nat goꝛ. ⁊c̃. ſi motum Solis ſcire cupio: pꝛima ſillaba immediate in metris pꝛecedēs eſt eu. circa quam eſt virgo: et nat eſt. 25. ab ea: ergo ipſo die Sol eſt in. 25. gradu virginis.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

❡ Capitulũ tredecimũ.
De motu Lune.

Ci.bi.mat.cta.ſan.lus.pi.ben.aſſ.um.re.ſi.kat.mas:
In preſcriptis ſillabis radix iniciatur
Signi Lune facies initium capit anni.
Numera ad propoſitam ſillabam tue diei
Signa ordinatim a radice iniciando
Aquea tripla: cetera in numerando dupla:
Circulum iterum cum exibant renumerentur.
A chriſto milleſimo quingen natiuitate
Atq; duodecimo: facies prima cancri nota
Radicem ex his declarent anni futuri.

❡ Pro declaratione ſciendũ. Quod in primo metro ponũtur ſillabe dierũ ſuper quibus radix ſigni lune inchoatur. Et ab eadem radice inchoando primo numerẽtur ſillabe ad aliquem propoſitum tibi diem: ⁊ hoc a proxima ſillaba que in metro eandem precedit. Habito numero ſillabarũ in digitis: numerẽtur etiam ⁊ ſigna in iuncturis digitorum a radice inchoando ſecundum ordinem eorum: ita tamẽ ꝙ ſigna aquea triplentur ſicut Cãcer: Scorpio: ⁊ Piſces: ⁊ alia duplent: ⁊ ſic numerando in iunctura tui digiti propoſiti inuenies ſignum Lune ⁊ vtrum ſit prima eius facies ſecunda aut tertia. Gratia exempli. Anno. 1512. in illa ſillaba crux cum voluero ſcire motum Lune aſpicio ad metrum videlicet ad ſillabã que precedit iam dictam: ⁊ ipſa eſt um. Nunc numerabo ab illa ſillaba vſq; ad ſillabã crux: vt ſic um ſep ba. ⁊c̃. ⁊ ſunt 1 . ſillabe: ergo iam in iſtis iũcturis numerabo facies ſignorum: ⁊ hoc initium a radice accipiendo. Et quia anno predicto prima facies Cancri eſt radix. Nunc ab ea iniciãdo ſic. Cancer.can.can. Leo.leo. Virg. virg. Lib.lib. Scorp.ſcorp. ergo in die Crucis luna erit in ſecunda facie Scorpionis. Et radices ſignoꝝ Lune pro alijs annis taliter manifeſtabuntur tibi. Numera ſillabas poſterioris Decembris incipiẽdo ſcilicet Mas: vt ſic. Mas: mo: do: nat: ſteff: io: pu: tho: me: ſil. Ci: ipam ſillabã Ci primam noui anni includendo: ⁊ ſunt. 11. Numerabo ergo a radice: anni alicuius propoſiti. Sit exempli gratia. 1512. vſq; ad ſillabam primam anni ſcilicet Ci. ⁊ venit. 2. facies Scorpionis que eſt radix anni. 1513. Et hoc modo radix anni. 1514. erit. 3. facies Piſcium: ⁊ anni. 1515. prima facies Leonis.

Motus Lune his duobus verſiculis penſiculatius inueniri poterit.
Etatem Lune dupla poſt addito quinq;
Quinq; dabis ſigno quo Lune cepit origo.

❡ Declaratio. In quo ſigno graduq;: Luna noua fiat: ex loco ſolis die nouilunij per. 12. et. 14. capitula diligenter querito: dehinc etatem Lune id eſt quot dies ſint a nouilunio vſq; ad diem tuũ propoſitũ numerato: ⁊ hũc dierũ numerũ duplato: poſt duplationẽ quinq; addito. Cõſidera poſtremo quotiẽs quinq; in prefato numero habere poſſis: tot eni ſigna luna ipſa a nouilunij ſigno perambulauit ⁊ ſi que vnitates infra ſcʒ quinariũ numerũ remãſerint: loco cuiuſq; vnitatis ſex in gradibus addere poteris ⁊ ſatis cõmode habebis locũ Lune in zodiaco. Exẽpli gratia volo ſcire locũ Lune ad. 6. diẽ Februarij. Anno. 1512. inueni coniunctionẽ proxime preteritã. 18. Januarij ſole octauũ fere gradũ aquarij poſſidẽte. Etas lune id eſt a nouilunio vſq; ad diẽ propoſitũ ſcʒ. 6. Februarij eſt. 19. dierũ: duplo ⁊ erũt. 38. dies quibus addo quinq; ⁊ erũt. 43. In hijs habeo octies quinq; ergo luna peragrauit. 8. ſigna ſcʒ Aquariũ: piſces: arietẽ: taurũ: geminos: cancrũ: leonẽ: virginẽ: ⁊ quia remãſerunt adhuc tria: addo ter ſex in gradibus ⁊ erũt 18. gradus. Inuenio igit̃ Lunã. 6. die Februarij circa. 18. gradũ libre. Ad hec quid cõmode negociari liceat: dum Luna in illo vel altero ſigno reperta fuerit: hec ſubſcripta tabella breuiſſime aperit: Littera quidẽ. b. in ea bonũ opus. o. malum. m. mediocre ſignificat.

| | Ari. | tau. | ge. | cã. | leo. | vir. | lib. | ſcor. | ſag. | ca. | aq̃. | pi. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Ad domos alienas ſe conferre. | o | b | o | o | b | m | o | b | m | o | b | m |
| Iter facere. | b | m | o | b | o | m | b | o | m | b | m | m |
| Emere vel vendere. | m | b | o | o | b | m | b | o | b | o | m | b |
| Medicinas laxatiuas ſumere. | o | o | o | b | o | o | b | b | o | o | b | b |
| Domos edificare. | o | b | o | o | b | m | o | o | m | b | b | m |
| Balneare. | b | m | o | b | b | o | b | m | b | o | m | b |
| Sanguinẽ minuere. | b | o | o | b | o | o | b | m | b | o | b | b |
| Crines abſcindere. | o | o | o | b | o | o | b | o | b | o | m | b |
| Veſtes induere | b | o | o | b | o | m | b | o | b | o | o | b |
| Seminare ⁊ plantare. | o | b | o | b | o | b | b | o | o | b | b | m |
| Laborare per ignem. | b | o | m | o | b | o | m | m | b | m | o | o |

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

¶ Quot horis Luna quauis nocte ſupra noſtrum hemiſpheriū luceat: hec tabella (etate Lune precognita) facile cōmonſtrat.

| Per dies | Etas lune | | |
|---|---|---|---|
| 1 | 30 | 0 | 48 |
| 2 | 29 | 1 | 36 |
| 3 | 28 | 2 | 24 |
| 4 | 27 | 3 | 12 |
| 5 | 26 | 4 | 0 |
| 6 | 25 | 4 | 48 |
| 7 | 24 | 5 | 36 |
| 8 | 23 | 6 | 24 |
| 9 | 22 | 7 | 12 |
| 10 | 21 | 8 | 0 |
| 11 | 20 | 8 | 48 |
| 12 | 19 | 9 | 36 |
| 13 | 18 | 10 | 24 |
| 14 | 17 | 11 | 12 |
| 15 | 16 | 12 | 0 |
| Sero | Mane | Hore | Minute |

## ¶ Capitulū decimūquartū: de cōiunctione et oppoſitione Solis ꝛ Lune.

1 2 3 4 5 6
Nod. octo. vigintſep. ſed. quinqꝫ: vigintitria.
7 8 9 10 11 12 13
Tred. duo. vigintunum. decem. vigintno. octde. ſeptē.
14 15 16 17 18 19
Vigintſex. quind. quattuor. vigintdu. vnd. triginta.
Decennouem numerū complet aureū tot et hec dictiones
Et harum numerus aureum ciclum manifeſtat.
Et de ſe diei numerum in quo luna nouatur
Primo: que ꝛ radix anni totius aſſurgit
Vigintnouem tribuas ꝛ radici lunaris

Cum horis duode. lunam ſequentem habebis:
Dies quindecim adde lunam accipe plenam.

¶ Pro dec'aratione nota. Qꝫ in primis tribus verſibus ſunt. 19. dictiones: vbi vna queuis numerū alicuius diei menſis Januarij notat: vt nod ſcat decimūnonū diē Januarij: octo octauū diē Januarij. ꝛc. Extendit autē aureus numerus ad. 19. annos: ꝛ ſic vna queuis dictio ſeruit pro aureo numero: vt nod deſeruit quando vnum habemus pro aureo numero: octo quādo duo: vigintſep. quādo tria. ꝛc. oſtendūt ergo primā coniunctionē que eſt in Januario. Que eſt radix ad omnes alias cōiunctiones eiuſdem anni. Exēpli gratia. Anno. 1512. volo ſcire coniunctionē: aſpicio aureū numerū: ꝛ inuenio. 12. pro aureo numero ergo duodecima dictio in ordine metri oſtendit mihi diem cōiunctionis: ꝛ eſt octde. id eſt decē ꝛ octo. Jtem anno ſaluatoris noſtri. 1513. aureus numerus eſt. 13. ergo decimatertia dictio oſtendet mihi diem prime cōiunctionis: ꝛ eſt ſeptem: hoc eſt ſeptima die Januarij eſt prima cōiunctio illius ſcꝫ anni tredecimi ſupra ſeſquimilleſimū. Si autē ſequentes cōiunctiones habere voluero: addo ſemper ad vnāquanqꝫ. 29. dies: ꝛ. 12. horas. Si vero oppoſitionē: tunc ad quamlibet coniunctionē addo. 15. dies. Numerū aūt dierū ſm Ci ſi o ianus. accipio.

## ¶ Capitulū quindecimū. De initijs menſium.

a d d g b e g c f a d f
Ja: fe: mar: ap: ma: iun: iul: aug: ſep: oc: no: de:
A: dam: de: ge: bat: er: ga: ci: fos: a: dri: fex:
Aprilis: iunius: ſeptember atqꝫ nouember
Hij triginta habent: vnum reliqui ſuperaddunt
Februarius vigint inſuper octoqꝫ dies.

¶ Pro declaratiōe. Sillabe in primo verſu initia nominū duodecim menſium notant: vt ia ianuariū: fe februariū. ꝛc. Secundus verſus ferias ad primū diem cuiuſuis menſis. Alij numerant dies quot vnuſquiſqꝫ menſis habet vſualis.

## ¶ Capitulum ſedecimum. De Kalendis Nonis ꝛ Jdibus.

Tradens: quando: reficis: ſedule: refugium: ſcandis:
Ruffus: tandem: ſcandere: refutaus: ſodalem: tondere:
Octo tenet Jdus menſis generaliter omnis.

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

¶ Ad inueniendū Calendas Nonas ⁊ Idus cuiuſlibet menſis ſcire debes. Quod in metris preſcriptis.12.ſunt dictiones.12. menſibus anni deſeruiētes:ita ꝙ tradēs Januario: quādo Februario:⁊ ſic de alijs. In quibus dictiōibus debēt ſolū cōſiderari prime due littere prima rum duarū ſyllabarū:ita ꝙ prima littera deſeruiat Calendis: ſecunda Nonis:ita ſcʒ ꝙ quot a prima littera in ordine alphabeti fuerit tot talis menſis Calēdas habet:ſic ⁊ Nonas littera ſecūde ſyllabe notat Sed pro Idibus eſt vnus modus: quia in oībus menſibus octo. Et ad inueniendum predicta ſcias. Quod ſemper prima dies cuiuſlibēt menſis dicitur Calende per ſe. Poſt hoc ſequunt̄ None:vt ſi menſis aliquis habet.4.Nonas: dicas quarto nonas: deinde tertio nonas: deinde pridie nonas:⁊ poſtmodum dicas none per ſe. Deinde poſt nonas in oībus menſibus ſequuntur Idus:⁊ dicas octauo idus: ſeptimo idus: ſexto idus.⁊c.⁊ vltimo idus per ſe. Poſt Idus ſequuntur Kalende:⁊ dicas:ſi menſis aliquis habet.19.kalendas:decimonono kalēdas:decimoctauo kalēdas:decimoſeptio kalendas:decimoſexto kalēdas.⁊c.

¶ Nota ad inueniendū aliquā diem an ſit kalēde:an none:vel idus: numera primo Ciſioianū vſqʒ ad illum diem: poſtea operare:vt ſupra dictum eſt. Item None ⁊ Idus ſunt illius menſis in quo ſtant: ſed kalende ſunt ſemper ſequētis menſis:⁊ ab ipſo denominātur: niſi kalende per ſe ſunt illius menſis in quo ponuntur.

## ¶ Capitulum decimumſeptimū.
## De initijs quattuor tempoꝝ anni.

Annum diſcerne per partes ſuntqʒ quaterne
Ver Petro detur: eſtas exinde ſequetur
Hanc dabit Vrbanus: autumnū Simphorianus
Feſtum Clementis hiemis caput eſt orientis.

¶ Nota in his verſibus ſecundū regulam vulgariū habentur initia quattuor tempoꝝ anni. Ad Aſtrologoꝝ autē dicta tunc ver initiat̄ cū ſol arietem:eſtas cancrū:autūnus libram:⁊ hyems capricornū intrat.

¶ Nota.12.ſunt ſigna:⁊ illoꝝ tria ſemper vnam quartā partem anni cōſtituunt. Nā Aries:Taurus:Gemini:ver conſtituūt. Cācer:Virgo Leo Eſtatem. Libra:Scorpio:Sagittarius Autumnū. Capricornus: Aquarius:Piſces Hyemen. Et he quattuor anni partes quattuor retinēt angarias:id eſt quattuor ieiunia anni:vt in ſequēti dicet̄ capitulo.

## ¶ Capitulū decimūoctauum ⁊ vltimū.
## De angarijs quattuor temporum.

Feriam temporum affectant ieiunia quartam.
Cinerem:⁊ que Luciam:ſpiritum ſequitur crucem.

¶ Pro declaratione eſt ſciendū. Quod in quartis ferijs proximis poſt feſta preſcripta:ſcilicet poſt diem exaltatōis ſancte Crucis. Lucie. Cinerū:⁊ Pēthecoſtes:ieiunia quattuor tēpoꝝ ieiunant̄. Et ſi aliquod predictoꝝ feſtoꝝ cecciderit in quartā feriā:quartā poſtpone: ⁊ ieiunio ſequentē. Et eccleſia inſtituit ieiunia quattuor tempoꝝ. Primū in vere ideo: quia ſicut tunc omnia virent ⁊ florent:ita etiam in nobis virere debent opera virtutum:⁊ ſupplātari motus carnales: qui tunc magis fortes ſunt in homine. Secundū in eſtate:vt ſimus vere feruentes in charitate dei. Tertiū in autumno:vt in nobis fructus bonoꝝ operum fructificent. Quartū in hyeme ideo quia ſicut tunc folia fluunt de arboribus ⁊ herbe moriunt̄: ita ⁊ in nobis moriantur vicia ⁊ ſuperfluitates:nobis coadiuuante: cui ſoli peccata dimittere datum eſt.

¶ De angarijs etiā illi duo rithmi memorie cōmendari ſolent.
Vult crux lucia cinerum chariſmata ſancta
Vt ſit in angaria quarta ſequens feria.

# Canon.

¶ In tabula ſubſequēti circa vnumquēqʒ diē mēſis duplex numeroꝝ ſpecies offertur:prima horas:ſecūda minuta diurne quātitatis indicat. Sed ſi quis nocturnā quantitatē habere deſiderauerit: prefatos quantitatis diurne numeros:de 24.ſubtrahat:⁊ relictū nocturnā quātitatē plane oſtendit. Porro ſemidiurni tēporis quantitas indicat qua hora Sol occidit: ſicut ⁊ ſeminocturnū tēpus ortum ſolis declarat.

# Tabula de longitudine dierum noctiumq; de tẽpore ortus ocaſuſue Solis pro latitudine graduum. 48. diligentiſſime ſupputata.

| | Januarius. | | | Februarius. | | | Marcius. | | | Aprilis. | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | Dies | ho. | mi. | Dies | ho. | mi. | Dies | ho. | mi. | Dies | ho. | mi. |
| 1 | Ci | 8 | 45 | Bri | 9 | 47 | Mar | 11 | 28 | A | 13 | 14 |
| 2 | ſi | 8 | 28 | pur | 9 | 51 | ci | 11 | 31 | pril | 13 | 17 |
| 3 | o | 8 | 30 | blaſ | 9 | 56 | kun | 11 | 34 | in | 13 | 20 |
| 4 | ia | 8 | 32 | us | 9 | 59 | ad | 11 | 38 | am | 13 | 24 |
| 5 | nus | 8 | 34 | ag | 10 | 0 | ri | 11 | 42 | bro | 13 | 27 |
| 6 | ep | 8 | 36 | dor | 10 | 6 | an | 11 | 46 | ſi | 13 | 30 |
| 7 | val | 8 | 38 | fe | 10 | 10 | per | 11 | 50 | j | 13 | 34 |
| 8 | er | 8 | 40 | brn | 10 | 13 | de | 11 | 54 | veſt | 13 | 37 |
| 9 | bard | 8 | 43 | ap | 10 | 16 | co | 11 | 57 | is | 13 | 40 |
| 10 | Ven | 8 | 46 | ſco | 10 | 19 | ra | 12 | 0 | o | 13 | 44 |
| 11 | di | 8 | 48 | laſ | 10 | 22 | tur | 12 | 3 | vat | 13 | 47 |
| 12 | cat | 8 | 50 | ti | 10 | 26 | gre | 12 | 6 | at | 13 | 50 |
| 13 | oc | 8 | 52 | ca | 10 | 29 | go | 12 | 10 | q; | 13 | 54 |
| 14 | fe | 8 | 54 | va | 10 | 32 | ri | 12 | 14 | Ti | 13 | 57 |
| 15 | li | 8 | 57 | lent | 10 | 36 | o | 12 | 18 | bur | 13 | 59 |
| 16 | mar | 9 | 0 | in | 10 | 39 | cir | 12 | 22 | ti | 0 | 1 |
| 17 | an | 9 | 2 | li | 10 | 42 | ger | 12 | 25 | ꝛ | 14 | 4 |
| 18 | priſ | 9 | 4 | con | 10 | 46 | trud | 12 | 29 | va | 14 | 7 |
| 19 | ca | 9 | 7 | iun | 10 | 49 | al | 12 | 32 | ler | 14 | 10 |
| 20 | fab | 9 | 19 | ge | 10 | 52 | ba | 12 | 35 | ſan | 14 | 14 |
| 21 | ag | 9 | 13 | tunc | 10 | 56 | be | 12 | 38 | cti | 14 | 17 |
| 22 | vin | 9 | 15 | pe | 11 | 0 | ne | 12 | 42 | quo | 14 | 20 |
| 23 | cen | 9 | 18 | trum | 11 | 4 | iunc | 12 | 45 | q; | 14 | 24 |
| 24 | ti | 9 | 21 | mat | 11 | 8 | ta | 12 | 49 | Ge | 14 | 27 |
| 25 | pau | 9 | 24 | thi | 11 | 11 | ma | 12 | 52 | mar | 14 | 30 |
| 26 | po | 9 | 26 | am | 11 | 14 | ri | 12 | 56 | ci | 14 | 34 |
| 27 | no | 9 | 29 | in | 11 | 18 | a | 13 | 0 | q; | 14 | 37 |
| 28 | bi | 9 | 32 | de | 11 | 25 | ge | 13 | 4 | vi | 14 | 40 |
| 29 | le | 9 | 36 | | | | mi | 13 | 7 | ta | 14 | 42 |
| 30 | lu | 9 | 39 | | | | tri | 13 | 10 | lis | 14 | 45 |
| 31 | men | 9 | 42 | | | | ce | 13 | 14 | | | |

# Tabula quãtitatis dierũ pro latitudine graduũ.48.

| Maius. | | | Junius. | | | Julius | | | Auguſtus. | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Dies | ho. | mi. | Dies | ho. | mi. | Dies | ho. | mi | Dies | ho. | mi. |
| Phil | 14 | 48 | Mic | 15 | 46 | Jul | 15 | 36 | Pe | 14 | 24 |
| ſig | 14 | 50 | mar | 15 | 47 | pro | 15 | 35 | ſteph | 14 | 21 |
| crux | 14 | 52 | er | 15 | 48 | ceſſ | 15 | 33 | ſteph | 14 | 18 |
| flor | 14 | 55 | as | 15 | 49 | Vd | 15 | 32 | proth | 14 | 16 |
| got | 14 | 58 | bo | 15 | 50 | al | 15 | 30 | oſ | 14 | 14 |
| Jo | 15 | 0 | ni | 15 | 50 | oc | 15 | 28 | ſixt | 14 | 11 |
| an | 15 | 3 | fat | 15 | 51 | vil | 15 | 26 | aff | 14 | 7 |
| la | 15 | 6 | iun | 15 | 51 | ki | 15 | 25 | ci | 14 | 4 |
| tin | 15 | 7 | pri | 15 | 52 | li | 15 | 23 | ro | 13 | 0 |
| ne | 15 | 9 | mi | 15 | 52 | fra | 15 | 21 | Lau | 13 | 57 |
| pi | 15 | 11 | bar | 15 | 52 | ben | 15 | 20 | ti | 13 | 54 |
| ne | 15 | 12 | ce | 15 | 52 | mar | 15 | 17 | bur | 13 | 51 |
| ſer | 15 | 14 | ri | 15 | 52 | hain | 15 | 14 | hyp | 13 | 47 |
| ꝛ | 15 | 17 | ni | 15 | 52 | ri | 15 | 12 | eu | 13 | 44 |
| ſoph | 15 | 20 | vi | 15 | 52 | ap | 15 | 10 | Sũp | 13 | 41 |
| ma | 15 | 22 | te | 15 | 51 | poſt | 15 | 8 | ti | 13 | 37 |
| ius | 15 | 24 | q; | 15 | 51 | al | 15 | 6 | o | 13 | 34 |
| in | 15 | 26 | mar | 15 | 50 | ar | 15 | 3 | a | 13 | 31 |
| hac | 15 | 28 | pro | 15 | 50 | nol | 14 | 0 | ga | 13 | 27 |
| ſe | 15 | 30 | thas | 15 | 49 | phus | 14 | 58 | bern | 13 | 24 |
| ri | 15 | 32 | alb | 15 | 49 | brax | 14 | 56 | har | 13 | 21 |
| e | 15 | 33 | ach | 15 | 48 | mag | 14 | 53 | ti | 13 | 17 |
| te | 15 | 35 | a | 15 | 47 | ap | 14 | 50 | mo | 13 | 14 |
| net | 15 | 36 | Jo | 15 | 45 | criſ | 14 | 48 | Bar | 13 | 11 |
| Vr | 15 | 37 | an | 15 | 44 | Jac | 14 | 45 | tho | 13 | 7 |
| ba | 15 | 39 | Jo | 15 | 43 | an | 14 | 42 | lo | 13 | 4 |
| ni | 15 | 40 | dor | 15 | 41 | mar | 14 | 39 | ruff | 13 | 0 |
| pe | 15 | 41 | le | 15 | 40 | pau | 14 | 36 | Aug | 12 | 56 |
| de | 15 | 42 | Pe | 15 | 38 | ſin | 14 | 34 | col | 12 | 52 |
| criſ | 15 | 43 | pau | 15 | 37 | ab | 14 | 31 | auc | 12 | 49 |
| pe | 15 | 44 | | | | don | 14 | 27 | ti | 12 | 45 |

Országos Széchényi Könyvtár - National Széchényi Library

Tabula quãtitatis dierũ pro latitudine graduũ. 48

| Septẽber. | | | October. | | | Nouẽber. | | | December. | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Dies | ho. | mi. | Dies | ho. | mi. | Dies | ho. | mi. | Dies | ho. | mi. |
| E | 12 | 42 | Re | 10 | 0 | Om | 9 | 18 | De | 8 | 14 |
| gi | 12 | 39 | mi | 10 | 56 | ne | 9 | 15 | cem | 8 | 13 |
| di | 12 | 36 | q; | 10 | 53 | no | 9 | 12 | ber | 8 | 12 |
| um | 12 | 34 | Frã | 10 | 49 | uem | 9 | 10 | bar | 8 | 12 |
| ſep | 12 | 32 | cis | 10 | 46 | ber | 9 | 8 | ba | 8 | 11 |
| ha | 12 | 29 | ci | 10 | 43 | le | 9 | 5 | Ni | 8 | 10 |
| bet | 12 | 26 | mar | 10 | 40 | ou | 9 | 2 | col | 8 | 9 |
| nat | 12 | 22 | cus | 10 | 36 | qua | 9 | 0 | Con | 8 | 9 |
| gor | 12 | 18 | di | 10 | 33 | the | 8 | 57 | cep | 8 | 8 |
| gon | 12 | 14 | ge | 10 | 30 | o | 8 | 54 | ⁊ | 8 | 8 |
| pro | 12 | 10 | ar | 10 | 26 | mar | 8 | 52 | al | 8 | 8 |
| thi | 12 | 7 | te | 10 | 23 | tin | 8 | 50 | ma | 8 | 8 |
| q; | 12 | 3 | col | 10 | 20 | bric | 8 | 48 | Lu | 8 | 8 |
| Crux | 12 | 0 | ca | 10 | 16 | ti | 8 | 44 | ci | 8 | 8 |
| nic | 11 | 57 | lix | 10 | 13 | us | 8 | 40 | a | 8 | 8 |
| cu | 11 | 53 | gal | 10 | 10 | ot | 8 | 38 | ſan | 8 | 8 |
| lam | 11 | 50 | le | 10 | 6 | poſt | 8 | 36 | ctus | 8 | 9 |
| per | 11 | 46 | lu | 10 | 3 | hec | 8 | 34 | ab | 8 | 10 |
| ti | 11 | 42 | cas | 9 | 0 | e | 8 | 32 | in | 8 | 10 |
| q; | 11 | 38 | vel | 9 | 56 | li | 8 | 30 | de | 8 | 11 |
| math | 11 | 35 | vnd | 9 | 53 | pre | 8 | 28 | Tho | 8 | 12 |
| mau | 11 | 31 | ſe | 9 | 50 | ce | 8 | 26 | mas | 8 | 13 |
| ri | 11 | 28 | ue | 9 | 46 | cle | 8 | 25 | mo | 8 | 15 |
| ru | 11 | 25 | ri | 9 | 43 | criſ | 8 | 24 | do | 8 | 16 |
| per | 11 | 22 | criſ | 9 | 40 | Cath | 8 | 22 | Mat | 8 | 17 |
| vir | 11 | 18 | ſan | 9 | 36 | con | 8 | 21 | ſteph | 8 | 19 |
| dam | 11 | 15 | ti | 9 | 33 | ra | 8 | 20 | Jo | 8 | 20 |
| ventz | 11 | 11 | Si | 9 | 30 | di | 8 | 18 | pu | 8 | 22 |
| Mich | 11 | 8 | mo | 9 | 26 | ſat | 8 | 17 | tho | 8 | 24 |
| ier | 11 | 5 | nis | 9 | 23 | An | 8 | 16 | me | 8 | 26 |
| | | | wolfi | 9 | 20 | | | | ſil | 8 | 28 |

Vienne Pannonie in edibus Hieronymi Victoris
⁊ Joannis Singrenij. Anno, 1513.